

De assumptione marie

uallium. id est agmina confessorum. angelorum. virginum. et scribitur ibidem. apostoli cantant post eam. quo progredieris virgo prudentissima. Item nota. postquam beata virgo spiritum emisit apostoli reuerenter corpus eius acceperunt. et super pheretrum posuerunt. et dulciter cantauerunt. quod audientes iudei interrogauerunt quid hoc esset. quibus tunc dictum est. quod maria deferrent mortuam. tunc dixerunt. venite occidamus eos. et corpus quod seductorem portauit igne comburamus. quod dum dixissent. lux immensa circum dedit eos. ut ex nimia claritate territi facti sunt veluti mortui. Ex quo miraculo quod plures iudei conuersi fuerunt ad fidem. Sic discipuli liberati corpus marie in monumentum disposuerunt. Tercio vero die anima rediit ad corpus. et de sepulchro prodijt gloriosum. sicque ad ethereum sumitur thalamum angelorum.

¶ Pro terminis nota. plectula est nomen diminutiuum a plebs. et idem fecit. S; melodus a um. est nomen adiectiuum deriuatum a nomine melos. Sed ether est nomen masculini generis carens plurali numero. et habet in uela in acco. Item celicola est nomen comitis generis deriuatum a nomine celum. et a verbo colo. et dicitur aliquis uel aliqua colens celum uel celestia. S; castimonia est nomen feminini generis. et idem est quod castitas.

Ecclesia ergo cunctate cordibus teque carminibus uenerans. Tibi suam manifestat deuotionem precatu te supplicium implorans maria. Ut sibi auxilium circa christum dominum esse digneris per eum.

Hic auctor dirigit petitionem ad uirginem gloriosam dicens (Ergo cuncta ecclesia) id est omnis congregatio fidelium (uenerans) id est honorans (te cordibus) id est intimis deuotionibus (que) pro et uenerans (te carminibus) id est cantu (manifestat tibi suam deuotionem. implorans) id est inuocans (te) o (maria. supplicium precatu) id est humili oratione (ut tu digneris) id est uelis (esse sibi auxilium circa dominum christum. per eum). id est eternaliter.

¶ Memorandum legitur in quodam libro. quod gloriosa uirgo maria tempore remotis sue penetravit purgatorium et infernum. attamen sine pena illa exiit. Dicunt tamen quidam rationem super isto. quod uirgo gloriosa propterea rea fuit in purgatorio. ut uideret tribulationes penarum et multiplicationes earundem. quas anime sustinerent in purgatorio. ut tanto citius mota ad misericordiam exaudiat peccatores. ¶ Item legitur ibidem. quod propterea uirgo beata in celis locata est ad dexteram filii sui. ut cum aliquis peccator esset damnandus ipsa prompta esset ad interueniendum pro peccatore. quare fidelis mediatrix appellatur. ¶ Item nota. tempore assumptionis beate marie uirginis hec nouem circa eam facta dicuntur seu exhibita. scilicet angelica consolatio. omnium apostolorum congregatio. sine dolore summatio. sepulture in ualle iosaphat preparatio. exequialis deuotio. christi. et totius celestis curie obuiatio. iudeorum persecutio. miraculorum in omni causa decreti coruscatio. in anima summi et corpore assumptionis. Item nota. quod uirgo